Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793707-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793707-p0002-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793707-p0003-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793707-p0004-3

1766.

*
1. Ackermann: Rhapsodia quaestionum in foro quotidie obvenientium neque tamen legibus decisarum. Collect. VIII Programma, quo ordinarius senior ceterique fac. juridicae assessores.

2 * Lochmannus, Gottlobius Benedictus: Rhapsodia quaestionum in foro quotidie obvenientium neque tamen legibus decisarum. Coll. 13. Programma, quo ordinarius senior et reliqui doctores fac. jur. . . summos in jure honores Gottlobio Benedicto Lochmanno . . . indicunt.

3. Bauer, Henricus Godofredus, fac. jur. procancellarius: An pactum simultaneae investiturae adjectum alienato feudo statim adeo corruat, ut, surrogato in locum prioris alio, effectu omnino destitutus. Programma, quo summos in utroque jure honores . . Joanni Friderico Bauero . . . indicit . . .

1766.

4. Bauerus, Henr. Godofredus: De notione testamenti judicialis inprimisque ejus, quod inscribit coram stricteto et scabinis conditum valore.

5. Breuning, Christianus Henr: De dote filiae emancipatae profectitia.

6. Breuning, Christianus Henr: De testibus non rogatis in testamento privilegiato parentum

7. Breuning, Christianus Henr: De pugna inter aequitatem cum justitia.

8. Breuning, Christianus Henr: De servitute altius tollendi.

9. Breuning, Christianus Henr: De valore divisionis hereditatis veri heredis cum putativo.

10. Breuning, Christianus Henr: De fuga obsidum.

11. Breuning, Christianus Henr: De jure bonorum absentis.

1766.

12. Breuning, Christianus Henricus: De lege patris determinante impensas educationis sui pupilli.

13. Breuning, Christianus Hen: De prohibitione juris accrescendi a testatore facta in testamento.

14. Breuning, Christianus Hen: De incommodis ex diversitate jurium unius territorii.

15. Breuning, Christianus Hen: An conductor easdem actiones et exceptiones habeat contra tertium, quas ipse locator.

16 Breuning, Christianus Hen: De testamenti factione ex jure Ratisbonensi . . .

17. Breuning, Christianus Hen: De periculoso unsectandi studio in jurisprudentia.

18. Breuning, Christianus Hen: De juribus vestium et rei vestiariae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793707-p0007-0

1766.

19. Breuning, Christianus Henr: De damni fortuiti et sterilitatis determinatione in remissione mercedis.

20. Breuning, Christianus Henr: De usu juris incolatus et l. emit. C. non licere habitatoribus metrocomiae loca sua ad extraneum transferre in Saxonia.

21. Breuning, Christianus Henr: De oppignoratione servitutum

22. Breuning, Christianus Henr: De non usu quartae Falcidiae in legato debiti.

23. Breuning, Christianus Henr: De jure statutorum non confirmatorum.

24. Breuning, Christianus Henr: An testamentum conjugum reciprocum superstiti adimat liberam testandi facultatem?

25. Breuning, Christianus Henr: De pecunia recessuali seu canone trimestri de metalli fodinis solvenda.

1766.

76. Breuning, Christianus Henr.: De causa condictionis furtivae

77. Breuning, Christianus Henr.: De jurisconsulto nomothetâ.

78. Breuning, Christianus Henr.: De vi arbitrii circa determinationem pretii in emtione et venditione.

79. Breuning, Christianus Henr.: An juste exheredatus filius succedat rescisso patris testamento a filio altero inique exheredato.

80. Breuning, Christianus Henr.: De jure nundinarum hebdomadalium adjumento mercaturae maxime oeconomicae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793707-p0010-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793707-p0011-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793707-p0012-7

10149

1766,1.

MEMORIAM

AKERMANNIAM

IN AVDITORIO PETRINO

DIE VIII. FEBRVARII HORA IX. RECOLENDAM

INDICVNT

ORDINARIVS
SENIOR CAETERIQVE FACVLTATIS
IVRIDICAE ASSESSORES

RHAPSODIA

Quaeſtionum in foro quotidie obvenientium, neque tamen legibus deciſarum.

Collectio VIII.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.
1766.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793707-p0013-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793707-p0014-8

OBSERVATIO CXC. Belli tempore, ſi quis, vt conuicanus indigentior hoſtilem militem hoſpitio excipere poſſet, metatorum ſumtus ſubminiſtrauerit, diu ancipites nos longa deliberatio tenuit, vtrum coorto concurſu creditorum, id creditum inter onera? an inter contributiones bellicas collocandum ſit? Poſterius tandem, nempe eiusmodi creditorem, qui pecuniam ad metata alteri mutuo dederit, in deſignationis ſententia claſſi, quae contributiones hoſtiles continet, inſerendum eſſe, placuit.

Anne vero opus, vt creditor pecuniam ad ſoluendam contributionem verſam eſſe doceat? Videri poterat creditori imponenda probatio, quoniam in mandato regio die 20. Iulii 1720. ſancito et Ordinationi Proceſſus Recognitae p. 160. annexo: dicitur: *Zur Contribution angewendeten Darlehne* ex quo conſequi videtur, ſolam debitoris confeſſionem non ſufficere, ſed eiusmodi creditorem in ſecunda claſſe quidem locandum, attamen adiicienda verba eſſe: *Er iſt aber, daſs ſothanes Geld wirklich zur Preuſiſchen-Contribution angewendet worden, in Sæchſ. Friſt bey zu bringen, oder allenfals de credulitate eydlich zu beſtærken ſchuldig, in deſſen Unterbleibung er nicht in dieſe Claſſe, ſondern allererſt unter denen Chirographariis zu befriedigen.* Sed re rectius perpenſa, cum huius legis ſumma ratio non alia ſit, quam vt bellicis preſſi tempeſtatibus eo facilius creditores, ſibi in tali neceſſitate ſubuenientes reperiant, nec diſtrahere ſua praedia exiguo ac fere nullo pretio cogantur, atque porro luculenter appareat, ſi nimis ſcrupuloſe huiusmodi crediti verſionem deſideremus probari, neminem fore, qui indigentibus velit ſubuenire, atque hac ratione res eo deuentura ſit, quaſi nullam eiusmodi creditor prioritatem habeat, praeterea in *O. P. R. ad tit. 42. ſ. 2.* quae lex recentior, verba obueniant: *bey feindlichen Einfællen zu Entrichtung der Contribution vorgeſchoſſene Gelder*, confeſſionem debitoris pro idonea ac ſufficiente habemus, ſi debitor in chirographo hoc ante ceſſionem bonorum profeſſus fuerit. Nam alia probatio verſionis nimis foret oneroſa, nec legis ſententiae atque etiam publicae vtilitati ſatis conueniens quae, omnibus modis, ne

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793707-p0015-4

praediis poſſeſſores ſuis pellantur, iis creditores conciliare ſtudet. Denique vt a ſimili argumentum ducamus: anne vxor dotis verſionem in feodum probare tenetur, ſi dotalitium petat? Hoc ſane nunquam, ſed capit dotalitium, modo de illatione conſtet. Itaque non Liquidans verſionem in contributionem factam, ſed is, cuius intereſt, probare debet, in fraudem aliorum creditorum inter debitorem communem et mutuantem actum eſſe, vt dicis cauſa ad contributionem creditos nummos fuiſſe, dolo malo finxerint. Nam cum haec mera exceptio ſit, huius probatio non commode poteſt Liquidanti iniungi.

CXCI. Quotidianus fere aduocatorum in litis denunciatione lapſus, vt exiſtiment, quoties principalibus ſuis regreſſus aduerſus tertium quendam pateat, ei litem denunciandam eſſe. Hinc ſaepius, quam optaremus, pronunciare cogimur: *Daſs die unternommene Litis denunciation nicht ſtat hat, und iſt Beklagter die hierdurch verurſachten Unkoſten Litis Denunciaten zu erſtatten ſchuldig.* Credo plerosque a LEYSERO in haec deuia deduci, qui in *Specimine 241. Medit. 1.* ſcribit: litem in omni iudicio denunciari poſſe ei, contra quem alteruter litigantium, ſi ſuccumbat, regreſſum habet. Hoc plane falſum, neque enim fere litis denunciatio locum habet, niſi in rei vindicatione, aut ſi nomen ceſſum fuerit, et debitor ceſſus ſe debere, diffiteatur. Eſt enim litis denunciatio actus quo is, cui euictio imminet, auctori ſuo v. c. venditori periculum euictionis indicat et, vt exceptiones ſuggerat, ab eo petit. Nempe plerumque hac ratione in concludendo ruunt, vt quoniam, ſi euictio immineat, neque lis denunciata ſit, regreſſus aduerſus auctorem nullus, re per vindicationem ablata, pateat, falſo exiſtiment ſemper et vbique, ſi regreſſus ſaluus eſſe debeat, litis denunciatione opus eſſe, quod merito negatur. Nam ſi cuidam ſine litis denunciatione regreſſus pateat, nonſolum otioſa, ſed etiam, ob condemnationem in expenſas, damnoſa eſt litis denunciatio. Forte etiam hic aduocatorum error inde naſcitur, quod falſo exiſtimant, litis denunciationem habere vim actionis ad euictionem praeſtandam, cum tamen actio ad euictionem praeſtandam inſtitui nequeat, niſi re iam euicta; litis denunciatio autem, in re demum euincenda. Alia itaque res eſt regreſſus, alia res litis denunciatio. Ecce rationes: *Dieweil ein bloſses Befugnis ſeinen Regreſs an jemanden zu nehmen, keine Litis Denunciation zu nennen, immaſsen, wenn nicht der Fall vorhanden, daſs eine dritte Perſon Beklagten für die Sache, ſo ihm* per rei vindicationem *entzogen werden ſol, ſtehen muſs, demſelben der Krieg Rechtens nicht angekündiget werden mag, alſo da der angebliche Litis Denunciat keine Gewæhr*

zu

zu leiſten ſchuldig, aus was für Grunde ſolcher Beklagten ſchon jetzt zu vertreten und in ſeinem Proceſſe bey zu ſtehen, gehalten ſeyn ſolte? ingleichen was für nützliche Ausflüchte oder Beweisthümer derſelbe Beklagten hier an die Hand geben könne? nicht abzunehmen, ſo iſt auf die von letzterm unternommene Ankündigung um Beyſtand Rechtens kein Abſehen zu richten, ob wohl Beklagtem, wenn er für ſchuldig vertheilet werden ſolte, angeblichen Litis Denunciaten abſonderlich zu belangen und wegen des angezogenen Verſprechens vor ſeiner ordentlichen Obrigkeit in Anſpruch zu nehmen, billig nachgelaſſen bleibet.

Neque minus falluntur cauſarum patroni, ſi exiſtiment in cauſa eiusmodi, vbi vere et recte lis denunciari poteſt, denunciatum oportere ad ſibi factam litis denuntiationem ſolenniter reſpondere et quaſi litem conteſtari. Siue enim denunciatus reſponderit ſiue tacuerit? parum intereſt, cum ad eius reſponſionem nunquam reſpiciendum ſit, ſed, ſi vel emaneat, pronuncietur: *Daſs die wieder Litis Denunciaten angebrachte Ungehorſams Beſchuldigung nicht ſtat hat, ſondern weil Beklagter Sempronen litem behörig denunciret, ſo hat es dabey ſein Bewenden.*

Litis denunciatio in poſſeſſorio, tam ordinario quam ſummario, ceſſat, quia poſſeſſione depulſus dominio non excidit.

CXCII. Subditus, qui contra dominum ſuum in cauſa ciuili ſe patitur teſtem produci, eo inſcio ac inuito, plectendus non eſt. *Obwohl ſæmtliche Zeugen ſich unter ermeldetem Gerichtsherren Schutz befinden, und bey der abgelegten Unterthanen Pflicht ſeinen Nutzen zu foerdern und Schaden zu verhüten eydlich zugeſaget, hiernæchſt einiger Rechtsgelehrten Meinung nach, Bauern, weil die Gerichtsbarkeit der Edelleute über ſie patrimonial, immaſsen ſolche eigne und Erbgerichten genennet werden, ihre iurisdiction ſo wenig, als in Lehn Sachen Vaſallen, prorogiren mögen,* LYNKER Conſil 94. num. 4. KEMMERICH de prorogat. iurisdict. HILLIGER ad Donellum lib, 17. cap. 10. lit. n. BRVNNEMAN ad L. 1. ff. de iud. num. 7. *ſo daſs wieder der Obrigkeit Willen die Unterthanen nicht einmal vor einem churfürſtlichen Commiſſario als Zeugen abgehöret werden können* (vide ſupra Obſ. LII.) *nicht zu gedenken, daſs, dem Gerichtsbrauche nach, Unterthanen wieder ihre Herrſchaft in bürgerlichen Rechtshændeln zum Zeugnis nicht leicht zugelaſsen werden, wenn ihnen nicht vorher, eingeführter Gewohnheit nach, der Unterthanen-Eyd von gedachter ihrer Obrigkeit erlaſsen worden,* CARPZ. P. 1. Conſt. 16. defin. 64. MARTIN.

ad Proceſſ. tit. 20. num. 65. *und demnach das in poſſeſſorio ſummariiſſimo vor dem Rathe zu C. abgelegte Zeugnis, zu welchem die vorerwehnte Unterthanen vielleicht ſich ſelbſt dargebothen, ohne Begrüſſung und Vorbewuſt ihrer Gerichts Obrigkeit, derſelbigen ſchuldigen Achtung nicht gemæs ſcheinet, dahero denn dieſelben in vorigen Zeiten nach* MENCKENS *Berichte* in Pandecten Lib. 22. tit. 5. §. 12. *dieſer Urſache halber zu weilen 4. Tage lang mit Gefængnis beleget worden.* Dennoch aber und dieweil *Bauren keine Leibeigne, ſolchemnach dieſelben (nur die Proceſſe, ſo wirkliche Lehngüter betreffen, ausgenommen) ſich gar wohl freywillig vor einem fremden Richter ſtellen mögen,* LEYSER Spec. 29. Med. 5. STRYK. Vs. Mod. tit. de iurisdict. §. 22. ſeq. BERGER Oec. Iur. lib. 4. tit. 3. th. 1. not. 17. *auch gegenwærtige Ablegung des Zeugniſſes für keinen actum contentioſae iurisdictionis, ſondern voluntariae, zu achten, den auch ſogar Leibeigene vor fremden Gerichten zu unternehmen befugt, und der Unterthanen Eyd: des Gerichtherrens Schaden zu verhüten, rechtmæſiger Auslegung nach dahin, daſs ſie andern Leuten zum Unglück und Nachtheil die Wahrheit verſchweigen ſollen, keinesweges zu erſtrecken, wie denn die Zeugen, ob ihr Herr Nachtheil davon haben werde, nicht ſo fort überſehen mögen, auch unter einem wirklichen Schaden und unter Entziehung unrechtmæſigen Gewinſtes, ein Unterſchied zu machen, übrigens dem öffentlichen Wohl zutræglich, daſs die Wahrheit ans Licht komme, welcher Urſachen halber das Ablegen eines Zeugniſſes pro cauſa publica gehalten wird, weil, wenn jemand deſſen ſich entbricht, er mit Straf-Auflagen dazu angehalten werden kan; endlich der Gerichtsherr, daſs die Zeugen ſich vor dem Rathe freywillig ſtellen ſollen, nie ihnen unterſaget, folglich als ob ſie etwas wieder ſeinen Willen unternommen, ſchwerlich zu behaupten: So haben die Zeugen etwas ſtrafbares nicht verübet etc.*

CXCIII. Saepe regulam audimus: coorto concurſu creditores ſuccedere in locum debitoris atque hunc plane praeſentare. Quare hoc autem? Nempe quoniam ceſſio bonorum referri debet ad modos adquirendi rerum dominia vniuerſales. Hanc ob rem non ſolum iura debitoris, ſed etiam omnes obligationes in ſe ſuſcipiunt creditores, quia quae exceptiones cedenti obſtant, eas ceſſionarius declinare nequit. Sunt enim creditores, quoniam bonis omnibus debitor ſe abdicauit, eius ceſſionarii bonorum vniuerſales.

CXCIV. Frequens in praeterito bello dubitatio: Vtrum, ſi vniuerſitas frumentum hoſti certum ad locum v. c. in caſtra, deducere iuſſa, quendam

quendam ex corpore ſuo cum iumentis et curru ad deuehendum miſerit, is vero illic adueniens, equis aut vehiculo ab hoſtibus ſpoliatus fuerit, is actionem habeat contra vniuerſitatem ad pretium currus iumentorumue repetendum? Affirmauimus eo caſu, ſi onus vehiculationis per orbem ab vno vicino ad alium deuoluatur, *wenn die Fuhren nach der Reyhe gehen*, propterea quod, qui nomine totius vniuerſitatis deuexit, negotia caeterorum geſſiſſe videtur. Itaque ad indemnitatem contraria negotiorum geſtorum actio ei non deneganda videtur. Quid autem ſi auriga, ſiue extraneus ſiue conuicanus, pro certa mercede conducatur ad deuehendum frumentum, atque ei belli iniuria currus ſiue iumentum pereat? Videri poterat, vtiliter ex Lege Rhodia agi poſſe, quoniam cuilibet ex vniuerſitate, qui has operas ſuſcepturus erat, idem contigiſſet. Verum enim vero, quoniam locator operarum hunc caſum in bello quotidianum facile praeuidere potuit, eamque ob cauſam maiorem etiam mercedem accepit, merito ferre debet caſum mere fortuitum, qui locatorem operarum ferit. Nam ſi faber incudem aut malleum fregerit, non imputaretur ei, qui opus conduxerit *L. 2. §. 1. ff. L. ad Rhod. de iactu.*

Eodem modo ſe res habet, ſi auriga a Thuringis mercede certa conductus fuerit, vt frumenta Lipſiam deuehat, ac cum huc aduenißet, cogeretur ab hoſtibus vlterius Dresdam deuehere. Neque tunc enim vltra pactam mercedem adhuc aliam pro viae exceſſu a locatoribus petet.

CXCV. Verba Nemeſeos Carolinae articulo 159: *So aber ein Dieb jemands bey Tag oder Nacht in ſeine Behauſung bricht oder ſteiget oder mit Waffen, damit er jemand, der ihm Widerſtand thun wolte, verletzen möchte, zum Stehlen eingehet, ſolches ſey der erſte oder mehr Diebſtæhle, auch der Diebſtahl groſs oder klein, ſo iſt doch der Diebſtahl ein geſtieſſentlicher gefæhrlicher Diebſtahl*, mire torquet excruciatque CARPZOVIVS Pr. Crim. P. 2. Qu. 79. num. 5. ſeq. particulam *oder* coniunctiue accipiens, quem deinde, vt fieri ſolet, Saxones caeteri, praeter hos autem nemo, ſecuti ſunt. Sed ne diutius verbis vis fiat clariſſimis, hanc miram CARPZOVII opinionem iam anno 1764. deſeruimus atque iterum in ſententia ad Roſtochienſes *menſe Decembri 1765. in cauſa Inquiſiti Glazii*, quod cum effractione ſine armis perpetratum erat primum furtum, laqueo dignum iudicauimus, vt nunc collegio furtum qualifi-

qualificatum videatur, ſi alterutrum, ſiue effractio ſiue arma, adfuerint.

CXCVI. Debitor frumenti v. c. Zinsgetreides, poſt moram obligatur ſoluere pretium, quanti illud interea plurimi valuit, nec in natura fruges creditori obtrudere poteſt: *Obwohl derjenige, ſo ſeine Schuld zu rechter Zeit nicht abführet, öfters nichts mehr, als Zinſen des Verzuges zu entrichten ſchuldig, dieſemnach in gegenwærtigem Falle, wenn die Aſtræenburgiſchen Unterthanen dem Gerichtsherren das reſtirende Getreyde mit dem Aufmaaſſe erſchütten, ſie zu einem mehrern nicht verbunden ſcheinen dürften.* Dennoch aber und dieweil *ſo oft der Schuldner eine Sache, deren Preis ſteigend und fallend iſt, zur Verfallzeit nicht abführet, ſondern die Entrichtung verzögert, der Glæubiger hernachmahln wieder ſeinen Willen ſelbige anzunehmen nicht gehalten, ſondern den Werth der Sache, wie ſolcher mitler Zeit am höchſten geweſen, zu verlangen wohl befugt, denen Aſtræenburgiſchen Unterthanen auch eine gewiſſe Zeit zu Abführung der ſchuldigen Getreyde-Zinſen geſetzet, ſie alſo, weil ſie ſolche nicht beobachtet, in einem nicht der Herrſchaft, ſondern ihnen ſelbſt nachtheiligen Verzuge begriffen etc.* Nota tamen: hoc caſu ceſſare *das Aufmaas* pariter atque Intereſſe morae, vt in TEVTSCHEN FLAVIO obſeruatum *ſ. v. Markt-Preis in Nota* *

CXCVII. Si caſu fortuito et ſine coloni culpa, praedium ruſticum aut ſtabula incendio conſumantur, non ſolum remiſſionem mercedis conductor petere, ſed etiam ante finitum tempus locationem deſerere poteſt, modo illud antea domino denunciet. *L. 25. §. 2. ff. Locat.* Quotiescunque enim re conducta vti non licet, neque merces, propter vſum ſoluenda, debetur.

CXCVIII. Inceſtus in Luſatia et, vt generatim dicamus, extra Saxoniam, puniri ſolet α) inter deſcendentes et aſcendentes, ad quos etiam affines primi generis, nouerca, vitricus, ſocer et ſocrus referuntur, fuſtigatione, in honeſtioribus autem ſola relegatione perpetua. MENKE *Pandect. lib. 48. tit. 5. §. 31.* β) inter perſonas, quae ſibi liberorum et parentum loco ſunt, nec non fratres et ſorores relegatione perpetua, γ) in caeteris ſex ſeptimanarum carcere aut mulcta huic pari.

CXCIX.

CXCIX. Filii iuſte exheredati in legitima computanda connumerantur in fauorem reliquorum. Quomodo enim frater delicto ſuo conditionem fratrum innocentium deteriorem faciat? BERLICH *P. 3. Deciſ. 3. num. 7.* adde *L. 8. ſſ. 8. ff. de inoffic.* COCCEII *Ius Controuerſ. tit. de inoffic. teſtam. qu. 18. et 29.* PVFFENDORF. *Obſeruat. 238.* At qui in bello ceciderunt, non connumerantur, ſed cum vere mortui ſint, etiam mortui habentur. *Obwohl der eine Sohn bey der Belagerung vor Prag in Sturme als Fændrich verſtorben; in denen Rechten aber gegründet, daſs qui pro republica ceciderunt in perpetuum per gloriam viuere intelligantur,* pr. Inſtit. de excuſationib. *welches allerdings auch zum Vortheile eines dritten anzunehmen, da ihr Vater dieſerhalben ſich von der Uebernahme einer Vormundſchaft befreyen kan.* Princ. Inſt. de excuſat. *Wannenhero daſs dieſes ſo vielmehr auf gegenwærtigen Fall, beſonders wegen der groſsen Gunſt, ſo das Pflichtheil in denen Rechten erlanget, zu ziehen ſey, es das Anſehen gewinnet.* Dennoch aber und dieweil *zur Zeit, da die Mutter verſtorben, mehr nicht als 4. Kinder an Leben geweſen, deren Pflichtheil den dritten Theil der Verlaſſenſchaft betrægt,* Nou. 18. c. 1. *und diejenigen, ſo vor denen Eltern verſtorben hiebey nicht in Erwegung kommen,* arg. L. 10. §. 4. 5. ff. de bon. poſſ. contr. tabb. *auch deshalben wegen dererjenigen, ſo in Treffen geblieben, in Rechten ein anders nicht verordnet, vielmehr wenn ſelbige für annoch lebend geachtet werden wolten, ſolches zum Nachtheil des Vaters gereichen würde, zu deſſen Vortheil doch ſie ſonſten, ſo viel die Entſchuldigung bey der Vormundſchaft betrift, als lebende angeſehen werden etc.*

CC. Retentio locum habet, modo aliquid deberi liquidum ſit, etiamſi quantum debeatur, non conſtet. Neque hoc ius ceſſat, ſi idonea offeratur cautio, cum plus commodi in re, quam in perſona aut iudiciali depoſitione habeatur. *arg. L. 4. §. 3. ff. de re iudicat.* excipe vnicum exemplum in *L. 24. C. de euictionib.* obuium atque ſupra *Obſ. LXXXVII.* allegatum.

CCI. De opificibus in pagis viuentibus cum vetus extet in Corpore Iuris Auguſteo *Tom. 1. pag. 11.* diſpoſitio: *Es ſol auch niemand auf keinen Dorfe, das darauf ſonderlich nicht gefreyet iſt, keinen Handwerksman ſetzen: Anders denn in einen ieglichen Dorfe, das denen Stædten über ein viertel Wegs entlegen, da mag man einen Schmied und einen Leineweber halten. Welcher Dorfs Herr das mit Wiſſen anders verhienge, der ſol darum in*

unſere Ungnade und Strafe und die Gemeine des Dorfs, ſo oft, daſs von ihn verbrochen, erfahren wird, dem næchſten Amtmanne 10. Rheiniſche Gülden zur Buſe verfallen ſeyn, ſaepius quaeſtio incidit: vtrum contra hanc legem prohibitiuam praeſcriptio aut pactum allegari poſſit? Affirmamus propter recentiorem Politiae Ordinationem *d. a. 1661. tit. 21. §. 3. in Cod. Aug. T. I. p. 1585. ibi.* Wir laſsen die Handwerker ſo nach Landesgebrauch Abſchieden und andern beſtændigen Herkommen in einen oder den andern Dorfe ſitzen und nur den Inwohnern zur Haus Nothdurft bey ihren Befugniſſe verbleiben.

CCII. Fieri poteſt vt cauſa minuta ex accidenti et propter exceptiones maioris momenti oppoſitas maior fiat, v. c. cenſum nobilis petit annuum trium thalerorum, quem non praeſtiterit colonus. Res valde exigua, fateor; negante tamen colono ius eſſe domino exigendi cenſum, non iam amplius de tribus thaleris, ſed de maioris re momenti agitur, nimisque dura foret rei conditio, ſi leuato velo nec ſatis auditus condemnaretur.

CCIII. Pacta dotalia in vim vltimae voluntatis facta non praeſumuntur, ſed in dubio pacta inter viuos eſſe putantur, exploſa iam dudum inepta pactorum dotalium in ſimplicia et mixta diſtinctione, quae ex incongrua mixtura iuris Romani atque Germanici orta erat. Itaque Collegium ICtorum Lipſienſe omnia pacta dotalia, etiamſi verba: *ſuccedat*, *heres obtineat* ſimiliaque obuenerint, tanquam pacta ſucceſſoria conſeruat nec teſtes quinque requirit.

CCIV. Fideicommiſſa non tantum in vltimis voluntatibus conſtitui, ſed etiam pactis inter viuos, v. c. venditioni adiici poſſunt, quo caſu quarta Trebellianica ceſſat, nec quinque teſtibus opus eſt.

CCV. De impuberum delictis notandum: nullum inter plenam et minus plenam pubertatem in criminalibus cauſis diſcrimen ſeruari, nec ſexus vllam eſſe differentiam, ne, quod foeminarum fauore introductum, in earum odium retorqueatur, ſed indiſtincte XIV aetatis annum egreſſos puberes haberi, qui vero infra hanc aetatem impuberes. Id ex *C. C. C. art. 164.* qui de ſolis furibus agit, doctores et ex titulo Decretalium *de delictis*

delictis puerorum colligunt. Hoc certum, incendiariis, ſi decimum quartum aetatis annum ſupergreſſi fuerint, in Saxonia Electorali ordinariam poenam ſine vlla aetatis miſeratione dictari. *Mand. d. a. 1741. §. 2.* Sed et in caeteris delictis, ſi iudici ita videatur, XIV. annos egreſſos vtriusque ſexus ordinaria poena plectere poteſt. Verumtamen quia hae leges tantum de criminibus atrociſſimis loquuntur, odioſa autem et dura in exemplum adducere ſiue interpretando dilatare non debuiſſent, recte MENKENIVS in *Pandectis lib. 47. tit. 1. §. 15. arg. L. 37. §. 1. ff. de minor.* in delictis minus atrocibus, h. e. furto leuioribus, qualia ſunt adulterium, inceſtus, falſum, ſtellionatus, magia, non vbique ordinariae poenae minores, hoc eſt intra XXV. conſtitutos, ſubiicit, ſed mero iudicis arbitrio relinquit, vtrum ordinaria poena aut extraordinaria minores coercere velit? Verba *L. 37. §. 1. ff. de minor.* ita habent: *In delictis autem minor annis XXV. non meretur in integrum reſtitutionem, vtique atrocioribus: niſi quatenus interdum miſeratio aetatis ad mediocrem poenam iudicem perduxerit*, quod plane conuenit C. C. C. art. 179. ibi. *Würde von jemand der Iugend oder anderer Gebrechlichkeit halben, ſeine Sine nicht hætte, eine Uebelthat begangen, das ſoll mit allen Umſtænden nach Rath der Verſtændigen darinnen gehandelt oder geſtrafet werden.* Licet itaque regula recepta ſit, annum XIV. ſupergreſſos ordinaria poena teneri, tamen non raro in minoribus, (ſi fures incendiariosque excipias) poena mitigari ſolet, niſi illa per ſe admodum leuis ſit, aut etiam malitia aetatem ſuppletat, ſiue vt cum APVLEIO loquar, *ſint prius robuſti ſcelere, quam tempore; ante nocentes, quam potentes; viridi pueritia, cana malitia*, quae quidem res certa regula includi non poteſt, ſed, vt dixi, a viri boni arbitratu tota pendet. Infantiae proximi tantum virgis a parentibus, ludi magiſtro aut aliis perſonis honeſtis, pubertati proximi autem a lictore caſtigantur, quod poſterius vocatur *der Stockſchilling*, imo qui a pubertate non longe abſunt, etiam ad tempus relegantur hac formula: *daſs N. derer begangenen und eingeræmten Verbrechen halber in Anſehung ſeiner Iugend, mit Ruthen in Gefængniſſe ziemlicher Weiſe zu züchtigen und hierauf derer churfürſtl. etc. Lande, jedoch ohne Leiſtung des ſonſt gewöhnlichen Urphedens auf 2. Iahr zu verweiſen, auch zu Abſtattung derer verurſachten Unkoſten anzuhalten.* Mitiorem Formulam vide in Teutſchen Flauio ſ. v. Ruthen Num. I.

Caeterum impuberes non torqueri, attamen terreri poſſe, moneo, minores vero vtique torquentur. Purgatorium aut vrphedae praeſtatio nemini niſi XIV. ſupergreſſo imponi ſolet. *Vide etiam ſupra Obſ. LXXXI. CXXII.*

Haec noſtro more placuit publicari, vt indicaretur Oratio Anniuerſaria in memoriam IOHANNIS SIGEFRIDI AKERMANNI, mercatoris quondam Lipſienſis, in iuris ſtudioſos ſtipendio legato liberaliſſimi. Eam recolet IOHANNES GODOFREDVS BARTHEL, Lipſienſis, ſenatoris filius, *laudes* praedicaturus *eorum, qui beneficiis ſtudia pauperum ſubleuant.* Igitur RECTOREM ACADEMIAE, MAGNIFICVM, ILLVSTRISSIMOS COMITES, VTRIVSQVE REIPVBLICAE PROCERES CIVESQVE humaniſſime rogamus, vt adeſſe atque eum beneuole audire velint.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793707-p0024-4

Leipzig, Diss. 1766 A-G

ULB Halle
005 360 536 3

TA-OC

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793707-p0025-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793707-p0026-5

10149

1766,1.

MEMORIAM

AKERMANNIAM

IN AVDITORIO PETRINO

DIE VIII. FEBRVARII HORA IX. RECOLENDAM

INDICVNT

ORDINARIVS
SENIOR CAETERIQVE FACVLTATIS
IVRIDICAE ASSESSORES

RHAPSODIA
Quaeſtionum in foro quotidie obvenientium, neque tamen legibus deciſarum.
Collectio VIII.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.
1766.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793707-p0027-1